Die 11ma Decembris 1831.

29. Rmus Dn Antonius Corodazzi Parochus pietate, doctrina, ac singulari animarum zelo dilectus, ob singularem morum dulcedinem, omnibus non solum carissimus, verum etiam extremis perdilectus, meritorum insignium plenus, annum Quadragesimum octavum agens postquam per Quatuordecim annos hanc Furnianam solerti prudentia, admiratione, et assiduo omnium gubernasset; plenus omnium ecclesiasticarum virtutum, quasi a repentina morbo correptus, sed blandissime tolerato, omnibus Ecclesiasticis subsidiis, ac Benedictionis Papalis Dacatus undis terting kaval Junii octis, ad meritorum suorum dilectum proximum accipiendum animam evolavit; Sacrum ejus corpus hodie sepultum fuit in tumulo quod est ante portam Presbyterii hujus Parochialis Ecclesiæ, clero, ac populo universo dolenti, ac grati animi sensus, incorruptibilibus quæstibus promerente, exequias per me De' Giulii Jo. Baptistam Sacerdotem Furni Superioris peragentem cum magno lacrimarum fletu, et toto dolore cordis pro tanto viro—

Funebria Munera

Inscriptio Sepulchri.

A. X. O.

Antonio. Corodazzi
Furnii. superni. Parocho
suavitate. morum. ac. integritate
omnibus. Caro
Qui
pietate. doctrina. prudentia
solertissime. Ecclesia. sua
per XIV. an. gubernata
immatura. hev
atque. inquinata. morte. avocavit
V. Id. Decemb. act. an. XLVII.
Thomas. frater. nimium. aegre
III. Id. Decemb. CIↃ. IↃCCCXXXI.
P.

Prae Foribus Templi.

AEdem. hanc
Deo. sacratam. ingredimini
orphani. filii
et. optimo. Pastori
Antonio. Corodazzi
perennis. memoriae. digne
lacrymarum. et. precum
fusta. solvatis.

(IV.) Fulgor. virtutum. EJUS
tot. praecones
quot. homines
promeruit.

Ad latera Lecti funebri.

(I.) Antonio. Corodazzi
Paroeciae. hujus. Moderatori. indefesso
Patria
virtutibus. ac. laboribus. EJUS. dilecta
hoc. grati. animi. monumentum
lev. nimium. dolens
P.
III. Id. Decemb. 1832.

(II.) Antonius. Corodazzi
cujus. cor. et. domus
unicuique. semper. patebant
oculis. gentis. suae
intempestive. surreptus
ab. corum. corde
nunquam. evanescet.

(III.) Uberrimae. Furnenses. lacrymae
Antonii. Corodazzi
optimi. Furni. superni. Pastoris
Funera. exornantes
virtutes. EJUS. ac. merita
palam. extollunt.

Nicolaus Christ consanguineitatis, consuetudinis, ac amicitiae vinculo ipsi addictus, posteritatis memoriae ac aemulationi commendat.